

1528 = 274 An 198.

Sigismundus primus rex Poloniae, Mercurino de Gattinaria, Caroli quinti caesaris magno cancellario.

56

Illustris et magnifice domine amice nobis charissime. In pluribus rebus ac negotiis nostris que apud cesareum culmen habuimus, non mediocri studio et in nos benevolentiam illustratis tue semper cognovimus, tum precipue in restitutione ducatus Barenensis, prout hoc ipsum ex literis oratoris nostri Joannis Dantisci plene didicimus, pro quibus rebus summas habemus gratias tue illustrati, cui etiam id per omnem occasionem, omni genere gratitudinis compensare volumus, rogamus: que illam plurimum, velit ceptum in nos officium prosequi, et auctoritate sua apud casaream maiestatem nos adjuvare, quo arce quoque Barenensis, sine qua possessio ipsa ducatus manca est, efficiereque ut hoc casaream maiestatis in nos beneficium, si nobis restituatur, sit solidum et perfectum, ita ut universa illa ditio in potestatem nostram deveniat. Cetera commisimus magnifico Joanni oratori nostro, apud ipsam casaream maiestatem ope et consilio illustratis tue agere, cui rogamus adesse velit, ut in omnibus aliis negotiis nostris semper

solita

solita est. Referemus hanc operam tuae illu-
stritati omni benevolentia et gratificatione
nostra, quae valeat et sit felix. Datum